



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Disputatio De Statv In Qvo Sint Beatorvm Animae Post  
Hanc uitam, ante ultimi iudicij diem**

**Dévay Biró, Mátyás**

**[Nürnberg], [1537]**

**VD16 D 1300**

De Honore Dei.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-34195**

quibus adhuc hoc negotium parum constat, feci. Medius est itaq; Christus inter ecclesiam & Deum patrem, ut uerba Apostoli citauit: Vos Christi, Christus autem Dei. De honore ecclesie & Christi pro mea tenuitate dixi. Iam

## DE HONORE DEI.

**A**D conciliandam amicitiam duo requiruntur, Notitia & Amor. Inuisa res diligí potest, incognita nunquam. Porro fides non est aliud, quam notitia Dei, Ioan. 17. Fide ergo conciliatur amicitia cum Deo. Vos amici mei estis, Ioan. 15. Et Esaias 7. Si non credideritis non intelligetis. Qui Deum cognoscunt, & amant, sciunt eum proprio ac germano colere cultu, sciunt eum peculiari adficere honore, qui cultus seu honor in tribus consistit.

## SOLVS DEI TRIA SVNT.

**C**Reare, saluare, damnare. Omnipotens creat. Misericors saluat. Iustus damnat. Qui creauit, idem & saluat fide, quod si incredulus fueris, damnat propter incredulitatem.

## SOLVS DEVS CREAT.

**Q**ui creauit omnia Deus est, Hebræ. 3. Genesis 1. In principio Deus creauit coelum et terram. Vnus Deus creator omnium, omnipotens, rex potens, & metuendus nimis, Ecclesi 1. Symbolum Apostolorum: Credo in Deum, patrem omnipotentem, creatorem coeli & terræ. Nicena synodus addit, uisibilem & inuisibilem, Et Colo, 1.

Solus

Joan. 17 et 15.

Esaias 7.

Hebræ. 3.

Genesis 1.

Ecclesi 1.